HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 57r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sequitur inuidia. quam ni putemus idem esse quod helum. quia helus et in bona
parte accipi potest. cum quis nititur ea quae meliora se emulari. Inuidia
tum aliena felicitate torquetur. et in duplice scindit passione. cum aut
ipse et aliquis in eo unum quod alium esse non uult. aut alium uidens esse meliorem
dolet se ni esse consimilem. Pulchre quidam de neoteriis greci uersum trans
ferens. elegit acomecopde. inuidia luxit dicens. Iustus inuidia nihil
est. quem prinus ipsum auctorem rodit. exercuatque animum. Scribit et bea
tus cyprianus librum de helo et luuore ualde optimum. quem si legerit
ni dubitabit adnumerari opibus carnis inuidiam. Inter inuidum autem et
inuidiosum hoc interest. quod inuidus feliciori inuidet. inuidiosus autem
is est qui ab alio patitur inuidiam. Quartam decimum locum inter carnis opera
ebrietas tenet. Ebriosi quippe regnum dei non possidebunt. Et dicit ad discipulos.
Cauete autem. ne forte grauentur corda uestra in uino et crapula. Vino homi
nis sensus euertitur. pedes corruunt. mens uacillat. libido succendit.
Unde apostolus clamitat et uinum in quo est luxuria. Ex quo habet unusquisque
suae sententiae potestatem. ego apostolum sequor. in uino esse luxuriam. in uino
ebrietatem. ebrietatem et luxuriam inter carnis opa numerari. nec ille potest
negare quin eidem passionibus uincatur. Et licet me quidam in eo libro quem de
seruanda uirginitate et scripsi reprehendendum putent quod dixerim ado
lescentulas tam uinum debere fugere ut uenenum. ni me sententiae poenitebit. Opus quippe ibi uini non anoba creatura damnata est. et licentiam
tulimus uirginum pro aetatis calore feruentem. ne occasione parum biben
di. plus biberent et perirent. alioquin sciebamus et in xpi sanguine
uinum consecrari. et timotheo uinum ut biberet imperatum. Ebrietas
autem tam ex uino quam ex ceteris bibendi generibus quo uario modo confi
ciunt potest accidere. Ex quo et de seis dicit. Vinum et siceram ni bibit.
Sicera interpretatur ebrietas. Et ne quis uinum ni bibens. aliud sibi puta
ret bibendum. exclusa causatio est. dum omne quod inebriare potest ei
uino parte auferitur. Quinta decima quae et tertiam inter carnis
opa commessatio est. Manducant populus et bibit. et surrexerunt ludere.
Semper ebrietatem. iuncta luxuria est. Pulchre quidam ni ignorabilis ora
tor. cum ebrium de somno deseribere et retetatum. ait. Hic dormit